


Ab. 127.
29.



679



DISPUTATIO

Iuris civilis

PRIMA

DE IVSTITIA,

IVRE LEGIBVS ET

CONSVETVDINE

Quam

Permissa Nobiliss. Amplissimique
Ictorum ordinis

PRÆSIDE

Clarissimo Consultiss. viro

DN. ORTOLPHO FO-

MANNŌ I. V. D. & Pandect. Professore

publ. In Pandectarum Collegio

publico ad diem 7. Julij

Pro virili defendere conabitur

M. ERNESTVS Starck

Dresd. L. Stud.



I E N Æ

Typis Tobia Steinmanni,

Anno c1s1s IC.

Omissi titu-
los pandectarum
rum ad pro-
cessum iuris
principue po-
tinentias. ad
huius omnia pe-
culiare collegium
um processus
institueret.





PARENTI SVO

CHARISSIMO


CLARISSIMO DN. ZACHARIÆ

Starck I. V. D. & curiæ Electo-
ralis Dresdæ Advocato

Hoc legalis studij testimonium

Exhibet

Filius autor.





Συὸ Θεω.

Thesis I.

INSTITVTVRI DE IV-
ris principijs placidam collatio-
nem, Iustitiam cum Vlpiano de-
finimus constantem & perpetu-
am voluntatem ius suum cuique
tribuendi: Quam de humana & particulari
rectius intelligi posse putamus:

II.

Ius autem cum Celso æqui boniq; artem.
Vnde in disquisitionem venire solet sæpius:
an æquitas rigori scripto præferenda? A.

lib. 2. c. 1. 54. f. 29

III.

Iurisprudentiam porrò describimus di-
uinarum & humanarum rerum notitiam,
iusti atque iniusti scientiam. Vnde ius præce-
ptum recta iusta que iubens; jurisprudentiam
præcepti illius cognitionem esse manife-
stum.

IV.

Iuris præcepta tria: Honestè vivere: alte-
rum non lædere: ius suum cuique tribuere.

A 2

Huius

V.

Huius duæ positiones; Publicum, quod ad statum rei Rom. Priuatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet: desumiturq; ex naturalibus, gentium, & civilibus præceptis.

VI.

Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit: vt est maris fæminæque coniunctio, liberorum procreatio, educatio, (hinc à Castrense in dubium vocatur, an vt pater filium, ita & filius opulentior patrem inopem alere de iure naturæ teneatur? quod aff.) item amor libertatis, sui ipsius defensio; vnde nec statuto appellationem tolli posse à Dd. concluditur.

VII.

Ius gentium est, quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit, & apud omnes peræque custoditur: Estque (1) aut ingenitum à natura, vt religio erga DEVM, reuerentia erga patriam & parentes, (vnde nec stante statuto, vt impunè quis bannitum interficiat, patrem bannitum impunè quis occiderit, nisi ob oppugnatam patriam;) legatorum non violendorum ius, & legitima defensio: quæ num & aduersus magistratum com-

l. l. 3. c. 1. 27 + 28

competat, si faciat ea, quæ priuata sunt per-
sonæ, meritò dubitatur quod affirm. *lib. 3. c. 1. 27 f. 16 & 17*

8.

Hinc, cum aggressorem interficiens, non
solum iure id fecisse existimetur, sed homici-
dium illud etiam iure poli excusabile sit,
quæri potest, an defensio illa ob probabilem
rationem tolli possit. Disting. *lib. 3. c. 1. 27 f. 15 & 16*
2. 1. 27 f. 15

9.

Porro & communem Dd. opinionem sta-
tuentem quod insultatum tertius, etiam si abs-
que periculo fieri posset, defendere non te-
neatur tanquam juri minus consentaneam,
reijcimus. *lib. 3. c. 1. 27 f. 22*

10.

(2) Aut necessitatibus ita exigentibus
introducuntur ut seruitutes, manumissiones,
distinctiones dominiorum, & omnes penè
contractus & obligationes: à quibus tamen
Emphyteusin & stipulationem excipi posse
statuimus. *lib. 3. c. 1. 39 f. 15 & 16*

11.

Ciuile est, quod quisque populus sibi ipse
jus constituit: Estque, vel scriptum vel non
scriptum. Scriptum, quod utilitate suadente,
suffragio populi receptum, legis nomen me-
retur.

A

3

Estque

XII.

Estque lex commune præceptum, viro-
rum prudentium consultum, delictorum,
quæ spontè vel per ignorantiam contrahun-
tur, coercitio, communis Reip. sponsio. Hu-
ius anima ratio, licet sæpius ignoretur. Estque
vel generalis vel specialis.

XIII.

Legis generalis condendæ potestatem à
populo sibi delatam hodiè habet princeps:
qui num solutus sit Ll, arduus est Dd. confi-
ctus: asserimus cum Covarr. quo ad vim co-
actiuam non directivam.

XIII.

Nec tamen ex ijs, quæ aut communi erro-
re, aut perrarò fortuito vè contingere, sed quæ
frequentius evenire solent, constituendam
existimamus.

XV.

Nec ad eius substantiam scripturam re-
quiri putamus.

*Disp. m. 1. sup. H.
26 lib. 6. fol. 12*

XVI.

Nec intra duorum mensium spacium
effectum sortiri, si nihil certi adiectum sit, ar-
bitramur.

*Harkness in Disp
lib. 9. fol. 28.
50*

XVII.

Specialis veluti statutum, quod quis
dux aut præfectus inferior in territorio sibi
subiecto,



subiecto, vel vniuersitas, municipium, civitas,
contra rationem ob utilitatem publicam in-
troducitur: ad cuius vigorem a superioris con-
firmatio requiratur, controvertitur, N: nisi
inter sit principis non condit eiusmodi statu-
tum.

XVIII.

Non scriptum, vt consuetudo, quæ est ius
sine sanctione, tacito populi consensu rece-
ptum, diuturnitate temporis confirmatum.

XIX.

Est que vel generalis, quæ vim legis: vel
specialis, quæ vim statuti obtinet.

XX.

Introducere hanc potest populus superio-
rem non recognoscens: Quod si superiorem
non recognoscat patientia Principis, ut inter-
veniat, necesse est.

*ca. efficiens d. xim
est q. s. m. c. p. p. p. h.
not. ad d. i. p. p. u. l. l.
no. 1615 f. 28.
d. to. fol. 32*

XXI.

Materna

Nec tamen aut impossibilia aut irratio-
nabilia consuetudine comprobari, imò ma-
lam consuetudinem neque temporis lon-
ginitate neque actuum frequentia veræ
consuetudinis vigorem consequi posse sta-
tuimus.

*T. 15 lib. 2 d. m.
f. 33
Materna ad d. i. p.
p. u. l. l. no. 1615 f. 1
37*

XXII.

Formam constituunt actuum frequentia
& legitima præscriptio.

*Sup. m. 31 d. i. p. p. h.
f. 35. vide no.
ad d. i. p. p. u. l. l. no. 1615 fol. 39*

Quæ



XXIII.

Sup. m. i. m. p. 18. fol. 33

Quæ quantum temporis exigat à multis disceptatum: nos decennium, nisi aut causa Ecclesiæ, aut reservatorum Principis agatur, de iure civili & Canonico sufficere existimamus.

Not. ad disp. pull. an. 1615 fol. 40

XXIII.

Sup. m. i. m. p. 30. fol. 20. m. 3. fol. 34. fol. 77

Effectu stantus, ut non modo parem cum lege autoritatem habeat, sed quandoque legem ipsam abroget.

XXV.

vid. notab. ad disp. pull. an. 1615 fol. 37

Colophonem imponat nobilis illa & à multis ventilata quæstio, an consuetudo mala & irrationabilis à pœna eximat. A.

F I N I S.



Kc 3192

8^o

(X2217985)

VO 12

MC





B.I.G.

Farbkarte #13



DISPUTATIO
 Juris civilis
 PRIMARIA
 IVSTITIA,
 RE LEGIBVS ET
 CONSVETVDINE

Quam
 rmissu Nobiliss. Amplissimique
 Ictorum ordinis
 PRÆSIDE
 Clarissimo Consultiss. viro
 ORTOLPHO FO-
 o I. V. D. & Pandect. Professore
 bl. In Pandectarum Collegio
 publico ad diem 7. Julij
 ro virili defendere conabitur
 ERNESTVS Starck
 Dresd. L. Stud.



I E N Æ
 Typis Tobia Steinmanni,
 Anno 1791 IC.



Omissi titu-
 lus pandectarum
 rum ad pro-
 cessum iuris
 principue po-
 timentas. au-
 lui unum pe-
 culiare collegi-
 um procepsat
 instituerit.

